

PALLADIUS. Nunc ego multo teriore mente, & rationis acumine multo majore penitus introspicio, & felicius asse- quor pleraque illa veterum ænigmata, figmenta, parabolas, fabulas; quibus Hermetici, & Pythagorici philosophi ma- ximum hoc naturæ arcanum Sophistis & impostoribus, Volcani, Plutique filiis obtegere & obvelare consue- runt.

En Rorem cæli, pingui cum Sulphure Terra.

Ecce Aquilam Iovis, & Solis Galidum ecce Leonem.

Ecce Solis, Lunæque Filium Mercurialem: qui ascendit e terra in cœlum, iterumque de cœlo descendit in terram: & sic vim recipit superiorum, & inferiorum: quod in Smarag- dina illa magni Hermetis tabula scriptum reperitur.

APOLLONIUS.

Salu edelicium Superum, Phœbea propago:

Naturæ felix, Visvax, sacer, unice phœnix:

Securus moreris, quia morte renasceris atra:

Mors ea vita nova est, blanda est & amanda Voluptas.

O Aquilinum oīum, Pandora, & Flora Sophorum!

O latus oīi fætus, o germina Flora!

PALLADIUS. O admirandam Naturæ Sympatheiam! præ ingenti amore, Fœmina videtur interficere maritum suum mellitissimum: & postea maritus interimere videtur coniu- gem sibi unice dilectam: atque hoc modo illi ambo coniu- ges, infœcundissimo ac florentissimo suo connubio, filios procreant omnium formosissimos, gratiostissimos, & fortuna- tissimos.

AURELIUS. O lætum, o festum, & faustum mihi hunc di- em, quo tam præclarum & rarum, tam gratum diuque exo- ptatum Naturæ arcanum, favente, & adspirante illa divinæ benignitatis aura, adeptus & consequutus sum: Nunc mihi minime quiescendum aut stertendum arbitror: sed sedulo o- pera danda erit, ut primo quoque tempore, hoc tantum mihi comparem & acquiram bonum.

APOLLONIUS.

Quidnam adeo properas? tua adhuc, tua messis in herba- est:

Differ, amant certas ardua quoquo mordas.

THEOD. Nostri sane, nostri hunc aureum, Aureli, Natu- ræ thesaurum, imo hisce oculis tuis iam vidisti, & saepius in mundo hoc sublunari vides: sed nondum tamen habes, nondum manibus hisce tuis tenes & possides, nec ipsius

Rer. 4

tib;